



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

§. 6. Riphaces, partie Septentrionale de Moschouie.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

NVM. 3. *Bosphorani, quorum Regnum in Asiam pervadit teste Strabone lib. 7. Partie de la Precopie, ou de l'Isle de Caffa.*

- EVRO-  
PÆI,  
seu CIS  
B O S-  
P H O-  
RVM. } THEODOSIA, Demostheni Θεοδοσία in campo fertili sita, & portu centum nauibus capiendis apto: certè hinc prodiit magnificentia Regis Leuconis in Athenienses. In Itinerario Beniamini *Armilon* dici videtur, dubio procul est *Caffa*.  
Panticapæum, antea Bosphorus appellata Plinio, primum huius oræ emporium Barbaris, ait Strabo: hodie *Vospero* est Nigro.  
Myrmecium oppidulum, Mirmycion Iornandi: *perit*.  
Parthenium ciuitas hodie *Rosaphar*.  
Zenonis Cherfonefus, cuius meminit Plinius: *intercidit*.  
Frons Arietis Κεῖς μέτωπον, apud Paulum Diaconum Actroma, cui opponitur Carambis promontorium Paphlagoniæ, hodie *Famar*.
- ASIA-  
TICI,  
seu  
TRANS  
B O S-  
P H O-  
RVM. } SINDICVS, multis Gorgipe; incolæ huius tractus Sindi, Mela Syndones: vrbs ipsa Eustathio Zinchos, Plinio Zingos: *ubi sita fuerit ignoratur*.  
Achillæum, dictum Ptolemæo apud os Mæotidis: *perit*.  
Phanagoria, in Insulâ Stephano, qui hîc omnia miscet: hodie *Matriga* dici videtur.  
Varadanus Fluius, vel Vardanus Ptolemæi, Ἀχαρδῆος Straboni, hodie Mercatori est *Copa*, Lazio *Zugna*.

§. 6. *Riphaces, à Riphæis montibus: partie Septentrionale de Moschouie.*

- A G A-  
THYR-  
SI  
*Cargagol*  
*Volochda,*  
*&c.* } Supra Arimaspos collocantur à Mela, à quo Sauromatæ Hamaxobitæ nominantur. Cæruleo-capillo insignes facit *Plinius*: Pictos vocat *Maro*: à togis pictis innuit *Rufus* ex Dionysio; vt quisque apud eos præstat notis insignioribus pingitur, hæc ablui nequeunt, *Mela*.

ARIMASPI { Solino Monocula gens: & verò Herodoto lib. 4.  
 Scythicâ linguâ *Arima* vnum:  $\omega\delta$  oculum sonant. Ammianus lib. 22. vocat iustissimos, & placabilitate cognitos. Quomodo, & an pugnent cum Griphis, legantur Ornithologi, inter cæteros Aldroandus.

HYPERBOREI { Post Riphæos montes gens felix, inquit Plinius; & nos de iis pluribus in Asia, ad cuius oram Borealem extendi tum ostendemus.

## LIBER QUINTVS.

## De Regno Polonia.

## CAPVT PRIMVM.

## Historica Enarratio.

## §. 1. Nomen.

**P**OLONOS alij dictos volunt ab vrbecula *Poloneza* ad Vistulam: alij Polonos quasi *Polachos*, hoc est *posteros Lechi*, qui primus Polonis imperauit: Et verò Russi eos *Lascos* vocant, Vngari *Lengel*, quæ voces à *Leche* quidam non putant abludere. Nonnulli tamen, iique doctiores hanc vocem deriuant à nomine *Polska*, quæ & *planitiem*, & *venationem* sonat, quia hæc Regio plana, & incolæ optimi venatores.

## §. 2. Quantitas.

Longitudo Regni Polonici desumitur ab oppido *Schauibusin* in limite Silesiæ ad *Smolenskum* in Russiâ, quæ extensio ad maiorem circulum reuocata, dat 11 gradus cum minutis 30. ac proinde milliaria 690. leucas nostras 345. Germanicas 172  $\frac{1}{2}$ , Russica *Vorest*, seu *Virst* 910.